

subuenire dicto Zanachi Pizolo et sorori sue predicte, que uadit mendicando, quod suum restituatur eis.

Cui quidem petitioni respondit nobilis uir Andreas Geno olim prouisor in partibus Rethimi, quod eo tempore fecit fieri proclamationem et bannum, quod omnes latini existentes in locis Grecorum, et cum Grecis deberent se infra certum terminum reducere ad loca dominationis, sub pena non solum ammittendi suum, sed etiam capita. Uerum quod intentio sua non fiat, quod talis crida, siue bannum extenderetur ad pupillos, qui sunt innocentes, et nullam cognitionem habent, qua fallere possent, nec contrafacere aliquibus ordinibus, et quod si dominationi constant, prout in presenti petitione continetur, quod predicti tales fuerint tunc temporis pupilli, et in pupillari etate, dicit ipsum Zanachi Pizolo cum sorore sua ad talem penam non eccidisse, imo dignum, equum et sanctum fore ipsis misereri. Item respondit nobilis uir ser Uictor Triuisano olim rector Rethimi, quod ob cridas et ordinamenta supradicti ser Andree Geno continentia, quod omnes feudati deberent se presentare et comparere sub pena capitis et haueris, ipse fecit bona patris predicti Zanachij poni in commune atque confiscari, sed bene fuit sibi facta conscientia, quod pater dicti Zanachij mortuus erat. Item respondit nobilis uir ser Paulus Quirino olim rector Rethimi quod in primo suo regimine dicti loci, uidelicet in 1350 cognouit patrem dicti Zanachij qui similiter uocabatur Zanachius, habitator contracte Millipotami, et erat bonus et fidelis homo. In secundo uero regimine dicti loci sciuit quod pater predicti Zanachij decesserat ante rebellionem Crete; et quod dictus Zanachius eius filius remanserat pupillus, orfanus et infirmus, et dicta sua soror remansit continue in Millipotamo. Et predictus Zanachius habuit nomen patris, quia natus fuit post mortem patris, qui similiter Zanachius uocabatur, qua quidem petitione et contentis in illa ac responsionibus supradictis diligenter examinatis per nobiles uiros Nicolaum Contareno, Crescium de Molino et Nicolaum Faletro sapientes Crete; uadit pars secundum consilium eorum, quod seruientaria et bona predicti Zanachij et sororis sue ei libere restituantur. De parte 45.—De non 1.—Non sinceri o.

51

Ἐπὶ αἰτήσεως Μάρκου Βενιέρη, εύρισκομένου εἰς ύπερορίαν ἐν Βενετία καὶ ζητοῦντος νὰ δικασθῇ ἡ ύπόθεσίς του εἴτε ἐν Βενετία, εἴτε ἐν Χάνδακι ἐκ νέου, ἡ Γερουσία ἀποφαίνεται ὅτι ἡ ἀντίδικός του Ἰουδαῖα Λῆα, ἣτις κατέχει κτήματά τινα τοῦ Βενιέρη ἐξ ἀγοραπωλησίας, νὰ ἀποδείξῃ τὸ δίκαιόν της ἐνώπιον τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων. 1371, Αὐγούστου 24.

F^o 127^{to}

Millesimo trecentesimo LXXI, die XXIV Augusti.

1

Capta. Cum nobilis uir Marcus Uenerio de la Cania, nobis exponi fecerit



- quod habet in partibus Rethimi certas possessiones, in quarum tenuta et possessione pacifica et quieta fuit iam annis XXVIII et ultra, de quibus possessionibus
- 5 quedam Judea nomine Lea mouit questionem contra eum coram rectore nostro Rethimi, ad deffensionem cuius questionis comparere non potest, cum sit Venecijs confinatus, unde supplicauit quod ipsa questio Venecijs audiretur uel coram duca et consiliarijs Crete, considerato quod quedam carta emptionis que producit per ipsam Judeam et nonnullae alie carte et scripture pertinentes ad
- 10 dictum factum, facte fuerunt in Candida, attento eciam quod super aliquibus possessionibus suis alias facta fuit rata et aliqui denarij depositi fuerunt in curia Candide ad petitionem patris suprascripte Judee et aliquorum aliorum creditorum. Pater eius Judee ut dicitur alias comparuit coram curia Candide, cum eisdem cartis, quibus nunc uti uidetur judea iamdicta; uadit pars omnibus consideratis quod suprascripta Judea possit prosequi jus suum contra suprascriptum
- 15 Marcum Uenerio coram duca et consiliarijs Crete, quibus committatur quod dictam questionem audiant, cognoscant et determinent sicut justum fuerit in littera facta rectori Rethimi et successoribus, dictum est, quod obseruent partem
- 19 et se non impediant de questione predicta.

52

F^o 136^r Ἐκλογή τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν ὑποθέσεων Συρίας καὶ Κρήτης.

Ἐξελέγησαν: Σέρ Ἰάκωβος Πριούλης

Σέρ Ἰωάννης Μπέμπος

Σέρ Μαρίνος Ντόνος. 1371, Ὀκτωβρίου 2.

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὐξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὐξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημειώσεις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα διορισμοὺς παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

6. Τὰ ὀνόματα τῶν χωρίων τοῦ θεσπίσματος πιθανὸν νὰ εἶναι παρηλλαγμένα.

14. Pannis cinctilana ἐδόθη ἡ ἐρμηνεία ζώνη, φασκιά ἐκ τοῦ cinctus = διάζωμα - περιζωμα. Δυνατὸν νὰ σημαίνει ὅμως καὶ ὕφασμα διὰ ποδιᾶς ἢ ἐμπροσθέλλας αἱ ὁποῖαι περιζώνονται.

33. Τὸ ζήτημα τῶν φυλακῶν εἶναι ἄξιον προσοχῆς. Ἐὰν ἐπλειστηριάζετο ἡ διατροφή τῶν καταδίκων καὶ τὸ δημόσιον ἀνέθετε εἰς τὸν μειοδοτοῦντα καταβάλλον τὸ ἀντίτιμον θὰ ἦτο εὐνόητον,

